



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De filiis quomodo parentibus obedire debeant. lxxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

De filijs quomodo parentibus obedire debeant.

Caput LXXIII.

Ex cōcil.
Aruern.
cap. 3.

Admonendi sunt fideles sanctæ Dei Ecclesiæ filij, & filia, vt parentibus suis obedientiam exhibeant, dicente domino: Fili, honorifica patrem tuum. Nā & vt ipse parētes erga filios suos ac filias modestè agant admonendi sunt, dicente Apostolo: Et vos parentes nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. Nam & hoc dicendum est eis, vt si illi genitili affectu parcere velint iniurijs filiorum, non hos impunitos dominus finit, nisi fortè penitentia subiiciantur. Sed tamen leuius est filiis parentum quælibet flagella suscipere, quàm Dei iram incurrere.

De illis qui principales festiuitates in villis celebrant.

Caput LXXV.

Ex cōcil.
Aureliã.
cap. 8.

Item denunciandum est, vt nulli ciuium Pascha, Natalis domini, vel Pentecostes solennitates liceat in villa celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

De eadem re. Cap. LXXVI.

Ex conc.
Agathẽ.
cap. 5.

Item docendi sunt ciues, vt Pascha, Natalem domini & Pentecosten in ciuitatibus cum episcopis suis, nisi infirmitas impedierit, celebrent, accipiendæ communionis vel benedictionis gratia: & qui hoc neglexerint, communionem priuentur.

Vt presbyteri plebibus annuncient, qui dies sint feriandi per annum. Cap. LXXVII.

Ex concil.
Lugdunẽ.
cap. 4.

Item pronuntiandum est, vt sciant tempora feriandi per annum, id est, omnem dominicam à vespera vsque ad vesperam, ne in Iudaismo capiantur. Feriandi sunt verò per annum isti dies: Natalis domini, sancti Stephani, sancti Ioannis euangelista, Innocentium, octaua Natalis domini, Theophania, Purificatio sanctæ Mariæ, sanctum Pascha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio domini, sancti dies Pentecostes, sancti Ioannis Baptistæ, Duodecim apostolorum, maxime tamen sanctorum Petri & Pauli, qui mundum sua prædicatione illuminauerunt, sancti Laurentij, Assumptio sanctæ Mariæ, Natiuitas sanctæ Mariæ virginis, Dedicatio basilicæ sancti archangeli Michaëlis, Dedicatio cuiuslibet oratorij & omnium sanctorum, & sancti Mar